

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1197 - 1198

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

135. *Friedrich der Probst und der Convent von St. Thomas zu Straßburg übertragen den Kindern der Sophia, einer Nichte des Ritters Hadebert, zwei jenseits der Breusch dicht an der St. Thomasbrücke gelegene Grundstücke gegen einen jährlichen Zins von 2 Solidi. 1197 Straßburg im St. Thomaskloster.*

5 F[ridericus] dei gratia prepositus, Ūlricus decanus, Rūdegerus cantor, Reimboto
 scolasticus, Dietherus cellerarius totusque conventus ecclesie sancti Thome in Argen-
 tina cunctis Christi fidelibus in perpetuum. quoniam ea, que geruntur in tempore,
 similiter evanescent cum tempore, nisi stili patrociniū successorum memorie commen-
 dentur, hinc est quod universitati vestre notum esse volumus, quod duas areas trans
 10 Bruscam juxta ecclesiam nostram sitas ponti contiguas, quas beate memorie magister
 Willehelmus ecclesie nostre scolasticus sancto Thome contulerat ita tamen, quod
 dominus Fridericus noster prepositus, qui tunc temporis ejus discipulus fuerat,
 easdem areas tempore vite sue sub nomine ecclesie possideret, sed post ejus decessum
 ecclesia de ipsis ordinandi, que vellet, liberam potestatem haberet, has inquam areas
 15 nos ad petitionem prenotati prepositi uni filio et quatuor filiabus domine Sophie
 quondam filie sororis Hadeberti militis concessimus tamen modo tempore vite sue
 possidendas ita, ut nullum jus hereditatis ad eorum posteros devolvatur, exceptis
 hiis quinque personis, que annuatim duos solidos Argentinensium portario nostro
 fratribus distribuendos in aniversario supradicti magistri Willehelmi, quod est in
 20 vigilia Simonis et Jude, persolvent. et hoc ipsum fratres post mortem istarum^a
 quinque personarum, quicquid de ipsis areis ordinaverint, inviolabiliter observa-
 bunt. actum publice in claustro sancti Thome anno dominice incarnationis 1197,
 presentibus fratribus sancti Thome et burigensibus Friderico Dispensatore, Orhtlebo,
 Burcardo qui dicitur Ripelin, Cānrado qui dicitur Löslein et Heinrico de Hechinhen
 25 et aliis quam pluribus.

Okt. 27

T aus Straßb. Thom. A. Titres lad. 10 or. mb. c. sig. pend. laeso.

*Gedruckt nach einer Copie des 14ten Jahrh. bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom.
 p. 296 nr. 12.*

136. *Pabst Innocenz III bestätigt dem Straßburger Domcapitel den freiwilligen
 30 Verzicht Friedrichs des Probstes von St. Thomas auf eine früher beanspruchte
 Præbende. 1198 März 2 Rom im Lateran.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis preposito, decano et
 canonicis majoris ecclesie Argentinensis salutem et apostolicam benedictionem. cum
 partes inter se super mota quæstione conveniunt vel altera renunciat quæstioni,
 35 ad hoc solum exigitur officium judicis, ut, quod a partibus fit, faciat inviolabiliter
 observari, ne cui contra compositionem aut cessionem per se factam liceat ulterius
 prosilire. sane cum dilecti filii Arnoldus nuntius et concanonicus vester et F[ridericus]
 prepositus sancti Thomæ ad nostram presentiam accessissent super præbenda, de qua

a) T istas.